

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1244

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Tabechenstein, presentibus W[illelmo] vicedomino nostro, E. plebano de Zabernia, B. capellano nostro et aliis quam pluribus, anno domini 1244 kalendis februarii. 1244 Februar 1 Dachstein.

Aus Grandidier Oeuv. inéd. III, 365 nr. 403 nach dem lib. sal. 1347.

286. *Albero der Abt und der Convent des Cistercienserklosters Neuburg verzichten auf jeden Ersatz des Schadens, den die Bürger Straßburgs ihrem Donnenheimer Hofe zugefügt haben. 1244 Februar 25.* 5

Albero divina miseratione abbas Novicastro Cirstentiensium ordinis et ejusdem monasterii conventus notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod nos omne dampnum a civibus Argentinensibus nobis in curia nostra Tunnenheim 10 illatum pure et libere remisimus ita, quod a nobis vel nostris super eodem dampno nulla questio deinceps mota fuerit tam in judicio spiritali quam seculari. in hujus rei memoriam presentem paginam sigillo nostro munitam predictis civibus concessimus habendam. acta sunt hec anno domini 1244, festo Mathie.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 nr. 110 or. mb. c. sig. pend. 15 laeso.

Gedruckt nach Briefbuch A fol. 232^b *ibid.* bei Schöpflin Als. dipl. I, 387 nr. 505.

287. *In der Lehnurkunde Graf Hartmann des älttern von Kyburg für die Straßburger Kirche unter den Zeugen: A[rnoldo] preposito, H[einrico] custode et Reinardo de Tenge canonicis Argentinensibus, Wal[thero] marscalco, Wil[lelmo] 20 vicedomino Argentinensibus. acta sunt hec in Herbotesheim anno domini 1244, septimo kalendas maji. 1244 April 25 Herbolzheim.*

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 53 or. mb. c. 2 sig. pend.

Gedruckt ebendarnach bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 366 nr. 404. Nach dem Original zu Schwyz i. Arch. f. Schweiz. Gesch. V, 296 = Pressel Ulmisches Urk.-B. I, 71 nr. 55. 25 Herrgott Geneal. Habsb. II, 274 nr. 337 nach einem Codex von St. Blasien. Vergl. J. E. Kopp Gesch. d. Eidgen. Bände II, 596 ff.

288. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß ihr Mitbürger Konrad Virnehorn ein städtisches Grundstück drei Conversenschwestern verlehnt habe. 1244 Juni.* 30

Rudolfus de Vegersheim et Gozzo filius Nicolai magistri burgensium in Argentina et consules Argentinenses. tempus fluit et mundus defluit et cum illis fluunt et defluunt, quas mundus ordinat, actiones. notum facimus igitur universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis concivem nostrum Cünradum Virnehorn de plenario consensu et per manus universorum liberorum suorum aream unam apud 35 Merissot¹ sitam sororibus conversis scilicet Adelheidi, Mehthildi et Adelheidi con-

¹ Vergl. Straßb. G. ssen- u. Häusernamen i. Mittelalter S. 107.

cessisse a festo sancti Johannis baptiste proximo futuro usque ad terminum centum annorum ipsis et successoribus suis possidendam sub tali condicione, quod de eadem area quinque solidi denariorum usualis monete et duo cappones omni anno persolvantur sine omni augmentatione. si autem infra terminum predictum area predicta
 5 vendita, donata, transmutata vel aliquo modo fuerit alienata, pactum predictum nichilominus ratum stabit. si vero possessores prefate areę edificia sua vendere vel obligare voluerint, primo domino curie debent exponere et, si dominus curie competens precium, sicut alii emptores, pro edificiis dederit, sibi assignabunt; sin autem possessores areę edificia sua in usus suos cum pacto suo convertant, sine
 10 omni contradictione, fraude et dolo penitus exceptis^a; receptores autem areę sunt domino curie ersatz daturi. ne igitur hoc factum posteriorum cavillatione vel temporis oblivione possit in irritum revocari, presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis communita. acta sunt hec publice anno verbi incarnati 1244, mense junio, presentibus hiis testibus: consulibus civitatis videlicet Walthero
 15 marscalco, Alberto Bagario albo, Friderico de Ufwilre, Willehelmo vicedomino, Hechelone de Eckerdisheim, Cünrado Virnecorn, Burcardo Dispensatore, Hugone Riplino, Johanne Vitulo, Wirico, Heinrico theloneario ultra Bruscam, Heinrico de Rentingen, Hugone de Sciltenheim, Siglino Bilde, Gozelino filiastro Vituli, Johanne Hoygiero, Rudegero filio Lenzelini, Rudolfo de Vegersheim et Gozzone filio Nicolai
 20 magistris civium et aliis quam pluribus.

T aus Straßb. Thom. A. Beginen lad. 12 or. mb. c. sig. pend.

289. *Der Deutschordensmeister Berthold von Tannenrode bezeugt den Bürgern Straßburgs, daß sie den abtrünnigen Ordensbruder Ernfrid von Neuenburg, der zu Straßburg einen liederlichen Lebenswandel geführt, ergriffen und ihm ausge-*
 25 *liefert haben. 1244 December 17 Straßburg.*

Frater Bertholdus de Thannenrode preceptor domus Theutonice per Alemanniam tenore presentium notum facimus universis hanc litteram inspecturis, quod, cum Ernfridus quondam frater domus nostre dictus de Nuwenburc¹ pretextu artioris religionis intrande cum instantia a nobis licentiam postularet, nos credentes eum
 30 spiritu dei moveri, habito prudentum fratrum, qui tunc circa nos erant, consilio, ipsum juxta consuetudinem in hujusmodi casibus haecenus observatam ab obedientia et ordine nostro sub hac forma duximus absolvendum, quod ad beati Benedicti vel sancti Augustini sine mora regulam se transferret absque qualibet fraude et dolo

a) *Zu ergänzen wohl faciant.*

35 ¹ *Die Niederlassung des deutschen Ordens zu Straßburg erfolgte nach Königshofen erst im Jahr 1286, vergl. D. St-Chron. IX, 732. Joh. Voigt Gesch. d. deutschen Ritterordens I, 77 not. 2 weist ihm ohne genügenden Grund ein Haus zu Straßburg zu, das Mathilde die Wittve Konrads des Vogts von Schwarzenberg im Jahr 1215 geschenkt habe mit der Verpflichtung für den damaligen Hochmeister Hermann von Salza, ihr zum Ankauf eines Landbesitzes bei Straßburg 400 Mark Silber zu leihen. Die
 40 betreffende Urkunde i. Berliner G. St. A. Copiarium I C 30 nr. 66, gedruckt bei Strehke Tab. ord. Teuton. I, 40 nr. 48.*

habitum assumendo. sane hiis in fratrum presentia publice actis proxima dominica
 Mai 15 post ascensionem domini proximo nunc preteritam, jam dictus *Ernfridus*, omnibus
 viis et modis ad religionem et bonam conversationem tendentibus penitus postpositis
 et abjectis, viciis et nequitiis indulsit, habenas laxans turpitudinibus et lubricitati,
 deum non timens, hominem non reverens, animi levitatem protestans gestu et
 habitu indecenti. verum cum hujusmodi insolentias in diversis quidem locis,
 maxime tamen in honorabili Argentinensi civitate exercuisset, reverendi cives ipsius
 civitatis a personis religiosis et amicis ordinis nostri enormem et perversum ipsius
 statum cognoscentes tum pro dilectione, quam erga nos et domum nostram dudum
 gesserunt, tum quia ipsius enormitates eisdem tanquam viris honestis et vere
 10 catholicis displicebant, eum in manifestis et notoriis fornicationibus et turpitudinibus
 deprehensum usque ad nostram fecerunt presentiam detineri. nos vero, tam cum
 religiosis quam aliis prudentibus viris super hoc diligenti habito consilio et tractatu,
 diversis quidem rationibus nos moventibus, eo tamen maxime, quod, prout se obli-
 gaverat, ad alium ordinem non intrarat nec alibi fuit professus et ob hoc nos ipsum
 15 tamquam ovem non solum errantem, sed que jam perierat, ob certum anime sue
 vitandum interitum requirere tenebamur propter dei et proximi dilectionem, sepe
 dictum *Ernfridum* a prefatis reverendis civibus una cum fratre Andrea de Honlo
 fratre, Alberto de Bastheim fratre, Burchardo de Munrstat fratre, Conrado de
 Wizenbure duximus personaliter requirendum. qui nobis eundem cum quatuor
 20 marcis argenti et dimidia ^a elemosine domus nostre, quas subtraxerat, provide resti-
 tuerunt secundum disciplinam domus et dei honorem et sue salutem anime casti-
 gandum. in cujus rei testimonium evidens prefate civitati litteram presentem scribi
 jussimus et sigilli nostri munimine roborari. actum Argentine anno domini 1244,
 16 kalendas januarii. 25

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 24 nr. 9 or. mb. c. sig. pend.

290. *Das Straßburger Domcapitel verpflichtet sich, die Straßburger Vogtei nie in die Hand eines fürstlichen Geschlechts kommen zu lassen. 1244.*

Arnoldus prepositus, Bertoldus decanus, Fridericus cantor, Cünradus scolasticus,
 Cünradus camerarius, Heinricus custos totumque capitulum majoris ecclesie
 30 Argentinensis ¹ notum facimus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspec-
 turis, quod, sicut olim a capitulo nostro, mediante venerabili domino Heinrico felicis
 memorie Argentinensi episcopo, sacramento corporali interposito firmiter extitit
 promissum ², sic et nos, utilitate ecclesie nostre inspecta, firmiter et fideliter pro-
 mittimus et jam dictum promissum pro nobis et successoribus nostris innovamus in
 35

^a) quatuor — dimidia auf Rasur.

¹ *Das Straßburger Domcapitel, an der Spitze A[rnoldus] prepositus, B[ertoldus] decanus, F[ri-
 dericus] cantor fixirt im Jahre 1244 auch die Bestimmungen über die Zinszahlung an seinen Lampert-
 heimer Hof. Cfr. Grandidier Oeuvr. inéd. III, 371 nr. 408.*

² *Cfr. nr. 181.*